



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

SS. Barlaam & Iosaphat CC. 27. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

27. NOV. VITÆ SANCTORUM. 745
guine obliteravit. Ex Niceph.

Dignus planè est morte, qui tibi Domine
Iesu recusat vivere, & mortuus est: & qui
tibi non sapit, desipit & qui curat esse nisi
propter te, pro nihilo est, & nihil est: deni-
que quid est homo, nisi quia tu innotuisti ei.
S. Bern. serm. 20. in Cant.

SS. BARLAAM & IOSAPHAT CC.
27. Novembris.

E Tiam Indis pulchra jam olim fuit ju-
ventus. Princeps hujus memoratur
JOSAPHATUS regis Abenneris filius,
voluptatibus ab ipsis cunabulis innutri-
tus, & ne, quid miseria humana esset,
vel nosse posset, procula ab oculis alio-
rum, inter omnes illecebras educatas. In
tam blando carcere agentem adiit BAR-
LAAMUS Eremi incola gemmarum
mangonem præferens. Certè nobilis-
simam illi gemmam fidem vendidit.
Mox cum deambulatum produxisset cu-
pidum, in homine primum mendico,
tum leproso, in decrepito denique sene
ad eum diem numquam visis, mundi
vultum & ementitum colorem, velut in
minimè mendaci speculo ostendit. La-
borabat itaque necquidquam parens, vel
ad Deos filium, vel ad voluptates ite-
rum abducere. Frustra absente BAR-
LAAMO nescio quis in poster, qui vul-
tum hujus quam simillimè referebat,

Aaa 5

alia

746 VITÆ SANCTORUM. 28. Nov.
aliam velle docere aggressus est; cùm ita
Numine volente palam pro Christolo-
qui lingua subdola cogeretur. Frustra
& Theodas magus ab orco auxilia evo-
cavit, & regia priuilla blanditias admo-
vit, cùm Iosaphatus, ostensis ab
Angelo calitum & inferorum sedibus,
pluris orci poenas, quām minas, pluris
cæli gaudia, quām carnis fallacias face-
ret: tandem in meliorem sententiam
cùm patrem etiam abduxisset, hoc mor-
tuo, regnum alteri cessit, & quam inter
homines minus poterat, interferas an-
gelicam vitam, annos v. supra xxx. vixit.
Accepit tamen tumulum cum magistro
suo in regiâ urbe, cui tunc primum mor-
tuus videbatur, cùm ille iam olim fuisset.
Ex Ioan. Damasceno.

*Salutem tuam medicus querit, qui erra-
tem ovem convertit, qui ad malos & bonos
vocando ad viviam fit. Ecce & nunc tibi
rendit regnum cœlorum: si non habes obu-
lum unde emas, eme gemitu: fragmento pa-
nis cœlorum regnum tibi retribuitur. S.
Chrys. hom. 22. ad pop. Antioch.*

S. STEPHANUS MART.
28. Novembris.

STEPHANO huic tempora cognomen
Iunioris fecerunt. Natus est post vo-
tum Virginis imagini, quæ Blachernis
colebatur, à matre factum. Monachus
pop.